

**Missa de sancto spiritu**

Benedicimus deū celi: et coram omnibus viventibus confitebimur ei: quia fecit nobiscum misericordiam suam. **Postcol.**

**P**roficiat nobis ad salutem corporis et anime domine deus noster huius sacri susceptio: et sempiternae sancte trinitatis eiusdemque indiuidue unitatis confessio. **p. Missa de spiritu sancto.**

**S**piritus domini **Introit.** repleuit orbem terrarum: et hoc quod continet omnia scientiam habet

vocis alla alla alla. **Ps.** Exurgat deus et dissipentur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie eius.

**V. Gloria. Alius introitus a septuagesima usque ad resurrectionem.**

**Q**uam sancti- ficatus fuero in vobis congregabo vos de universis terris: et effundam super vos aquam mundam: et mundabimini ab omnibus iniquamentis vestris: et dabo vobis spiritum novum. **Ps.** Benedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. **V. Gloria. Oratio.**

**D**eus qui corda fidelium sancti spiritus illustratioe docuisti: da nobis in eodem spiritu recta sapere: et de eius semper consolatioe gaudere. **per. in unita. eiusdem. Alia oratio.**

**D**eus cui omne cor patet: et

omnis voluntas loquitur: et quae nullum latet secretum: purifica per infusionem sancti spiritus cogitationes cordis nostri: ut te perfecte diligere: et digne laudare mereamur. **per. in unita. eiusdem.**

**H**ec oblatio domine **Secre.** Quae cordis nostri maculas emundet: ut sancti spiritus digna efficiatur habitatio. **per. in unitate eiusdem. Postcol.**

**Q**uoniam concede quae operis domini spiritum sanctum nos votis promereri sedulis: quatenus eius gratia et ab omnibus liberemur tentationibus: et peccatorum nostrorum indulgentiam mereamur accipere. **p. in unita. eiusdem. Leo actum apostolorum.**

**I**n diebus illis: **viii. ca.** Cum audissent apostoli quae erant hierosolymis: quia recepit samaria verbum dei: miserunt ad eos petrum et iohannem. Qui cum venissent orauerunt pro ipsis: ut acciperent spiritum sanctum. Modum enim in quibus illorum venerat: sed baptizati tamen erant in nomine domini iesu. Tunc imponebant manus super illos: et accipiebant spiritum sanctum. **Act. 8. 14.** Beatus greges cuius est dominus deus eorum populus quem elegit dominus in hereditatem sibi. **V. Verbo domini celi firmati sunt: et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Alia. V. Veni sancte spiritus: reple tuorum corda.**